

sent ^{a)} secundum Marcum ¹⁾, id est 3. feria, 11. Kal. Apr., luna 12. ante 3 dies Pasche, Augustino teste viderunt ficum aridam et fractam a radicibus suis et ad vesperam abierunt in Bethaniam. Et secundum Marcum ²⁾ veniunt rursus ^{b)} in Hierosolymam ^{c)} et reliqua usque dum dicit: *Erat autem* ³⁾ *Pascha et azima post biduum*. Hoc est feria 4., 10. Kal. Apr. luna 13., quod erat biduum ante Pascha ^{d)}, et abierunt in Bethaniam. *Erat enim docens cottidie in templo* Luca ⁴⁾ teste, et in unaquaque nocte in Bethania apud Mariam et Martham manebat. *Prima autem die azimorum* ^{e)}, ut Matheus ⁵⁾ dicit, *accesserunt ad Iesum discipuli eius dicentes: Ubi vis, paremus tibi comedere* ^{f)} *Pascha* et reliqua, usque dum dicit: *Et* ⁶⁾ *fecerunt discipuli, sicut constituit illis Dominus, et paraverunt Pascha. Vespere autem facto discumbebat cum 12 discipulis suis, et edentibus illis dixit: Amen, dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est* et reliqua. Et in ipsa cena, cum Pascha comederet cum discipulis suis feria 5. ad vesperam, priusquam a Iudeis tentus est ^{g)}, dixit hoc ^{m)}: *Desiderio* ^{h)} ⁷⁾ *desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar* et reliqua. Quis huic verbo veritatis potest contradicere nisi hereticus? Itaque, qui contra evangelia predicta ⁱ⁾ protulerunt ^{j)}, non ut contradicerent veritati, dixerunt, sed res incognitas nec prius ventilatas palpaverunt.

I, 3

Incipit ^{k)} epistola Theophili episcopi cum ceteris episcopis ⁸⁾.

Cum omnes apostoli ex hoc mundo transissent, per universam orbem diversa erant ieiunia. Nam omnes Galli unum diem anniversarium 8. Kal. Apr. ⁹⁾ *Pascha celebrabant dicentes: Quid nobis est ad lune computum cum Iudeis facere Pascha? Sed, sicut Domini natalem, quocumque die venerit* ^{l)} *8. Kal. Ian.* ¹⁰⁾, *ita et 8. Kal. Apr., quando re-*

a) transisent V. b) rursum L. c) Ierosolymam L. d) Pascha L.
e) azimorum V. f) comedere V. g) esset V. h) desiderio V.
i) dicta L. j) protullerunt V. k) fehlt L. l) venirit V. m) fehlt L.

¹⁾ Mc. 11, 12.

²⁾ Mc. 11, 27.

³⁾ Mc. 14, 1.

⁴⁾ Luc. 19, 47.

⁵⁾ Mt. 26, 17.

⁶⁾ Mt. 26, 19—21.

⁷⁾ Luc. 22, 15.

⁸⁾ Die sogen. Akten des Konzils von Cäsarea, eine angelsächsische Fälschung des 7. Jahrhunderts, ed. K r u s c h, Studien 1, 303 ff.

⁹⁾ 25. III.

¹⁰⁾ 25. XII.